



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De errore idolatriæ. Et primò de descriptione idolatriæ, secundo de causis eius, tertiò de speciebus, & quartò de destructione erroris idolatriæ. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

fit, optimum est. In mutatione enim aliquid boni amittitur, & aliquid acquiritur quod optimo accidere non potest. Itē dicit Aug. q̄ in omni re quæ mutari potest, nonnulla mors est ipsa mutatio: mors autem optimo accidere non potest: omnis autem creatura mutabilis est: ergo nulla creatura optimū est: aliquid tamē optimum est, aliter non esset perfectio in vniuersitate rerū, ergo aliquid increatū est. Aug. super 1. ad Ro. Viderūt summi Philosophi quos ceteris nō immeritō fama atq; gloria prelatos cernimus, quicquid mutabile est nō esse summū Deū: & ideo omnem animā mutabilem esse quia speciem transcendērūt: deinde viderūt omnem speciem in re quacūq; mutabili quæ naturaliter est, omnēque vniuersi mundi corpus non posse esse nisi ab illo qui incōmutabilis & simplex est: quia nō aliud est illi esse, aliud viuere, aliud intelligere, aliud beatum esse: sed quod est illi viuere, intelligere, beatū esse, hoc est illi esse. Propter hāc incōmutabilitatē & simplicitatē intellexerūt eū & omnia bona fecisse, & à nullo fieri potuisse. Itē cū modico corpori hominis regēdo ratio sit accommodata, qua ipsum regatur, qua impedita vel omnino amissa, corpus periclitatur, vel in puluerem redigitur, verisimile est rationē aliquam esse qua vniuersitas fabricę mundi regatur. ¶ Item cum ratio quę in homine est agnoscat se esse & non semper fuisse, & causam aliquam habuisse quę eā præcesserit, causa autem rationis irrationabilis esse non potuerit, necessariō rationem humanā & quancūque aliam rationē quę esse incepit, præcedit aliqua ratio quę esse non incepit: & hac ratio Deus est, qui vniuersitatē rerū regit. Vnde Sen. in lib. de naturalib<sup>9</sup> quęstionibus: Nostri melior pars est animus: ideo extra animum nulla est pars, totus est ratio.

*De errore idolatrię. Et primō de descriptione idolatrię, secundo de causis eius, tertio de speciebus, & quarto de destructione erroris idolatrię.*

CAP. VII.

**D**ICTUM est supra de errore eorum qui Deum esse negant. Nunc dicendum est de errore eorū qui creaturas deificant, qui error idololatria dicitur. Primō ostēdemus quid sit idololatria. Secundō tangemus de causis. Tertio de speciebus. Quarto de destructione eius intēdemus. ¶ Notandum ergo q̄ latia est summę venerationis cult<sup>9</sup> soli Deo exhibēdus. Vel latia est voluntaria possessio diuinę maiestatis. Idololatria verō est cultus Deo debitus creaturę exhibitus. Et dicitur quasi idololatria: nō quia iste cultus semper idolo exhibeatur, sed quia frequenter, vel quia idolo primo est exhibitus. Et notandum quōd idolum

quandoque dicitur lignum, vel alia res sic figurata: quandoque verò dicitur coniunctum ex imagine & dæmone præsidete. Et sic sumitur 1. Cor. 7. vbi dicit Apostolus, q̄ nihil est idolū in mūdo. Illud enim q̄ putabāt esse idolū, personā scilicet subsistentē ex simulacro & spiritu præsidente, nihil erat. ¶ Itē notādum q̄ inter idola gentiliū quę iam imagines erāt tantū ad memoriā & representationē aliquorū in quibus nihil numinis esse credebatur: alia verò erant quę credebātur esse habitacula deorū, id est, dæmoniorū. Omnes enim dij gentiū dæmonia. In quibus dæmones decipiebant homines, dātes eis responsa acsi in ipsis habitarent, inducti ad hoc sacrificiis & honoribus quę eis exhibebātur. In quibusdā etiā imaginibus credebāt gētiles aliquam virtutē esse infusam, eò q̄ sub certis horis funderētur, vel sculperētur, vel fabricarentur: sicut Mathematici mentiūtur homines trahere mores ex hoc q̄ tali hora, vel tali nascūtur. Similis error inuenitur in quibusdā vetulis nomine Christianis, quę dicūt imagines lx. annos à factiōne sua virtutē sortiri, & de cetero habere eā. Imagines prædictas quas nō credebāt solū esse imagines, vocauit Mercurius Deos factitios, scribēs librum de Deo Deorū. Proauī, inquit, nostri inuenerūt artē quę deos efficeret: & quoniā animas facere non poterāt, inuocantes animas deorū, eas indiderūt imaginibus factis. ¶ Possumus autē octo rationes seu causas ostendere quibus idololatria vel inducta est vel augmentata. ¶ Vna causa fuit, dolor nimius de amissione alicuius amici. Pater enim amisso filio nimium dolēs imaginem filij fieri fecit, vt ei esset qualecūque solatiū. Vnde sapiē. 14. Acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginē. Ac illū qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nūc tāquā Deū colore cœpit, & cōstituit inter seruos suos sacra & sacrificia. deinde interueniente tēpore conualescēte iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est. Hęc primā causam idololatrię ostēdit Gregor. super illud Lucę 11. In Beelzebub principe dæmoniorū &c. dicēs: Ninus rex Niuiā Belo patre suo mortuo statuā fecit, quā summa reuerētia honorauit, ita vt etiā reis ad eā fugientibus parceret: vnde progressu tēporis homines cœperunt eam venerari vt deum, & multiplicare: & quidam vocauerunt Bel, alij Baal, alij Baalim, alij Beelzebub, secundū varietatē linguarum. ¶ Alia causa fuit vesana superbia principū, qui non attendentes infirmitatem suam voluerūt se vt deos honorari, vt Nabuchodonosor, qui præcepit Holoferni principi militię suę, vt omnes deos terrę exterminaret, vt ipse solus Deus diceretur

tur ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potètia subiugari. Iudith 2. Principes superbi imagines suas faciebant adorari ab his qui erant subiugari ab eis. Vnde Sap. 14. Tyrannorum imperio colébantur signèta: & hos quos palàm homines honorare nõ poterat, propter hoc, quod longè essent, è longinquo figuram illorum allatam euidèntè imaginè regis, quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui aberat tanquam præsentem colerent. Alio qui etiam vt diuina stirpe nati viderentur, diuinòs honores parentibus detulerunt, deferrique iusserunt: vt dicit Glo. super 14. Sap. ¶ Tertia causa fuit adulatio, seu desiderium, quod habebant minores acquirèdi gratiam maiorum. Sapi. 14. Affectui aut regibus deferuientes homines incòmunicabile nomen lapidibus & signis imposuerunt. Per hoc quod dicitur Affectui, tangitur prima causa iam habita: per hoc quod dicitur Regibus, tertia causa, de qua etiam dicit gl. Per populos & regiones paria sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt. Aug. in libro 10. de Ciuitate Dei: Multa vsurpata sunt de cultu diuino, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. ¶ Quarta causa fuit amor reipublicæ. Vnde dicit Gl. ibidem: Alio loco dicit Cicero, quod in plerisque ciuitatibus acquirenda virtutis gratia, vt libentius gratia reipublicæ periculum adirent, optimos quosque viros fortium honore deorum immortalium esse consecratos: hinc Romani Cæsares suos consecrauerunt, & Mauri suos Reges. ¶ Quinta, decor vel operis humani, vel alterius creature. De primo Sapiètia 14. Multitudo hominum adducta per speciem operis, cum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum existimauerunt. De secundo Sap. 13. quando locurus est de stellis, sole, & luna, subditur: Quorum si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. ¶ Sexta potentia quam crediderunt supereminere in his quos deos putauerunt, vt dæmones crediderunt potestatem habere in homines, & res humanas, & etiam in elementa. Cuius erroris occasio fuit quod credebant dæmones sanare lésiones corporum, dum ab eis cessabant. Credebant etiam eos sedare mundi turbationes, dum eas facerent, cessabant. Credebant etiã eos prænoscere futura: quia prædicebant eis mala, quæ Dei promissione ipsi erant illaturi hominibus: & malorum cessationes, quod non erat mirum. ¶ Item alia causa huius erroris fuit quod facere videbantur quædam opera quæ verè naturalia erant: sed imperitis videbantur esse supra naturam. Tale opus est subita

generatio ranarum, & pedicularum, & vermium in quibus natura operatur. Demonibus tamen procurantibus quod haec citius fiant, coniungendo vel commiscendo ipsas naturas rerum, & addendo aliqua semina, quae semina naturam adeo adiuvant, quod opus tardum acceleratur: ita quod creditur non esse opus naturae quae tardius operari consuevit: sicut factum est in signis quae facta sunt a magis Pharaonis. ¶ Septima, caeca cupiditas hominum, qui tantum sunt curiosi sciendi vel cupidi aliqua acquirendi, ut seiplos vendant demonibus, ut cupiditatem suam possint adimplere. ¶ Octava, voluptas & lascivia, quae erant in festis idolorum: vacabant enim idololatriae deliciis & ludis, quae multum alliciebant homines ad idololatriam. 1. Corint. 10. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. ¶ Et notandum multas esse species idololatriae. Quaedam est cultus demonum, alia luminum, ut solis & lunae vel stellarum: tertia elementorum: quarta, hominum: quinta, animalium irrationalium: sexta, imaginum vel alterius operis humani: septima temporis vel partium eius. Est etiam idololatria aliarum rerum. ¶ Et notandum, quod idololatria ideo peccatum magnum est: quia Deo honorem suum auferit, & creaturae cuius non est confert, & aequat creaturam creatori. Si pro modico furto vel rapina quae aliquis facit homini, meretur exitium, vel mortem, vel aliam magnam poenam, quanta poena dignus est, qui diuinum honorem Deo surripit. ¶ Duplex autem rapina est in peccato idololatriae. Vna eius qui honorem Dei Deo auferit, & alij offert. Alij eius qui honorem diuinum sibi oblatum suscipit. Idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis. Sap. 13. Glo. Cum enim mens a creatore se auerit, omnibus implicatur sceleribus. Aggravatur autem peccatum idololatriae ex vilitate rei in quam transfertur honor diuinus. Maius enim peccatum est cum honor iste transfertur in quadrupedes aut reptilia, quam quando in homines: & quando in imagines hominum, aut animalium, quam quando in homines vel animalia. Ro. 1. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerum, & quadrupedum, & serpentum. Gl. Ambr. Quanta est stulticia eorum, apud quos plus potest imago quam veritas, & potiores sunt mortui quam viui? Ps. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum. Tanto magis contumeliosum est Deo, quanto vilior est creatura quae ei aequatur, & magis contra rationem est. ¶ Contumelia etiam fit humanae naturae, quando creaturae inferiori se sub-

dit. Refert Aug. in lib. de vera religione, quod Socrates occisus fuit, quia noluit adorare idola, quia erant tantum opus hominis: & dixit se prius adorare canem qui erat opus naturæ, cum causa nobilior sit suo effectu. Multum est contra rationem, quod homo adoret opera manuum suarum. Illa species idololatriæ qua homo adorat creaturam se manifestè inferiorem, hominè reddit infelicem & maledictum & derisione dignum. De primo Sap. 13. Postquam præmissum est de sole, & luna, & stellis quæ aliqui rectores orbis terrarum & deos putauerunt, subditur, Sed in his adhuc minor est querela. Et paulò post: Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum. De secundo Deu. 17. Maledictus homo qui facit sculptile & cõstatile abominatione Domini, opus manuum artificum, ponitque illud in abscondito. Sapient. 14. Per manus autè quod fit idolum, maledictum est, & ipsum & qui fecit illud. De tertio Hier. 10. Non est spiritus in eis, vana sunt, & opus risu dignum. Irrisione digni ostenduntur qui sunt in hoc genere idololatriæ Sap. 13. vbi sic legitur, Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutile intocat, & pro itinere perit ab eo qui ambulare non potest. Et Esa. 44. Medietate eius cõbussit igne, & de reliquo eius idolum facia: ante truncum ligni procidat, pars eius cinis est. Quibus verbis vilitas materiæ ostenditur ex qua fit idolum, & vilitas materiæ in qua redigitur. De materia eadem habet Baruch 6. Subtrahunt ab eis sacerdotes aurum & argentum: dant autem & ex ipso prostitutis, & meretricibus ornant. Item: Quam receperint illud à meretricibus: ornant deos suos. Et subditur ibi multum de vilitate & impotentia idolorum: Hi, inquit, non liberabuntur ab ærugine & tinea. Item: Habet in manu gladium & securim, se autem de bello & latronibus non liberat. Item, Oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introcuntium. Et paulò post: Luceñas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt. Item, Nigræ sunt facies eorum à fumo qui in domo fit. Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ & hirundines. Item: Sine pedibus in humeris portantur ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Mirum erit si idola iurare possunt, quum nec preces auxilio indigentium possint audire, nec defectum eorum intelligere. Vnde subditur in Baruch: Quam audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulant ab eo loqui, quasi possint sentire qui non habent motum. Psal. Os habent & non loquuntur

quætur &c. Et Baruch. eodem cap. Quum superuenerit illis prælium & mala, cogitant sacerdotes ubi se abscondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeat, quoniam dii sunt qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Itē: Sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dii illorū lignei, argentei, & inaurati. ¶ Post idololatriam illam, quæ est cultus illarum creaturarum, quæ manifestè sunt homine inferiores: destruenda est illa idololatria, quæ est cultus dæmonū, quæ valde detestabilis est. Primò quia dæmones hostes Dei sunt: & magis displicet Deo, quum honor eius transfertur in eos quàm quando ad alias creaturas. Et etiam magis periculosa homini: Quum eum dæmones hostes sint humani generis, & cultoribus suis fiant familiares: ipsi sunt eis familiares inimici. Nulla autem pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Ideo dicit Augustinus in lib. 83. quaestionum: Nihil tam contrarium Christiano, quàm si curam artibus magicis adhibeat. Tunc enim eos recipit familiares, qui damnationem animarum quarunt. Item August. 19. lib. de ciuitate Dei: Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam quum bonos Angelos se amicos habere putat, habeat malos dæmones factos amicos, eosque tanto nocentiores, quāto astutiores aut fallaces patiarur inimicos. Periculosum est, valde ei credere qui mendacissimus est. Io. 8. Ipse est mendax, & pater eius. Præterea dæmones licet sublimes sint conditione naturæ: inferiores tamen sunt etiam brutis animalibus deiectione culpæ: quum miseri sint non solum miseria pœnæ, sed etiam culpæ, imò inferiores videtur esse simpliciter cæteris rebus quæ sunt. Vnde diabolus non esse dicitur. Iob. 18. Habirent, inquit, in tabernaculo illius socij eius qui non est. ¶ Multipliciter autem potest ostendi, quod spiritus illi non sint colendi. Primò quia aut ipsi sunt boni, aut sunt mali. Si boni sunt, offenduntur, cum honor qui soli Altissimo exhibendus est, eis exhibetur. Non enim potest eis placere tanta contumelia & iniuria Domini eorum. Præterea si boni sunt, nõ placabuntur malitia offerentium eis honorem alienū. Quis bonus & discretus honorem reputet, & nõ magis derisionem, si quis mentiatur eum esse regem, vel episcopum, quum nõ sit? Sic si sunt boni spiritus & discreti, erubescunt honorem Altissimi sibi exhiberi. Iuxta enim verbū Sapientis, Qui falso prædicatur, necesse est, vt suis laudibus erubescat. Item quanto quis maiorem honorem indebitum sibi vult impenditur: opte superior & vanior est: vt clericus si honorem sacerdotalem

vult

vult sibi impendi, superbus est: si episcopalem, superior: ergo si ipsi vult sibi impendi summum honorem, superbissimi: & vanissimi sunt. Si verò ipsi sunt mali, indigni sunt & honore isto & alio. Item aut ipsi præstant beneficia cultoribus suis de suo, aut non. De suo non possunt. Vnica enim potentia est increata, vt in sequentibus ostenditur. A qua & sub qua sunt omnia: & quæ eos creauit Deus, nõ à se eos alienauit, nec à potestate sua eos exemit. Ipsi ergo à Deo sunt & Dei sunt, & beneficia si qua præstant cultoribus suis dona Dei sunt, ad hoc data vt dentur. Igitur ipsi sunt vt nuntij & deferentes dona illa. Nuntij verò & deferentes beneficia non sunt habendi vt domini, nec deificandi: sed gratia reddenda est ipsi Deo eorum. Bernardus loquens de bonis spiritibus. Honoremus, inquit, eos quãtum debemus: totus tamen ei reddatur amor & honor nõster, à quo tam ipsis quàm nobis est totum: vnde honorare possumus, vel amare, vnde honorari amariue mereamur. Loca remota à fonte ita habent aquam ab ipso, sicut & loca fontis proxima: licet aqua fontis primo proueniat ad loca proxima, & per ea ad loca remota. Sic cum vnicus sit fons omnium bonorum Deus: ita habent bona sua ab eo creaturæ: quæ remota sunt ab eo dissimilitudine, sicut & illæ quæ sunt propinquæ ei dissimilitudine: vt sunt spirituales creaturæ. Deo ergo soli debetur totus honor & gloria. Item aut potentia quibus possunt spiritus isti dare beneficia cultoribus suis, sunt potentia irrationales siue naturales: sicut potentia calefaciendi, quæ est in igne, quæ ex necessitate sic operatur: aut sunt potentia liberè agentes seu rationales. Si primo modo nulla gratia debetur eis propter illa beneficia, nec propterea sunt colendi. Tales enim potentia operantur per modum seruentis, vt ait Sapiens: Si vero liberè agunt, aut consulunt voluntatem diuinam cultoribus suis dãdo beneficia, aut non. Si sic, ergo se habent vt dispensatores secundum voluntatem domini sui dispensando bona ab eo accepta: non ergo habendi sunt vt domini, & multo minus vt dij. Si autem non consulunt voluntatẽ Dei, non curãtes vtrum Deus hoc velit vel non, indiscretè dispensant: nec videntur curare de rectitudine operum suorum, quum non respiciant ad voluntatem Dei, quæ regula est bonorum operum, & ideo sunt mali. Si quis verò dicat quòd isti spiritus placandi sunt ab hominibus, quia ab eis sunt offensi. Si boni sunt, non debent ab hominibus offendi, nisi propter peccata. Si autem propter peccata ab eis sunt offensi, per recessum à peccatis maximè deberent placari. Con-

trari:



trariorum enim contrariae sunt causa. Si verò iustificatio eorū non placat eos, sed manet adhuc ira eorum donec offerantur eis carnes & sanguis animalium, ira talis non est ira diuina, sed potius ira leonū, aut aliarum bestiarū quae non quiescūt donec aliquid praeda ceperint: vnde si propter hanc iram colēdi sunt, & diuino honore digni, deificemus ergo leones & alias bestias. ¶ Item aut placato altissimo & amico existente mortalium, potest ira huiusmodi deorum eis aliquid nocere: aut non potest. Si sic, non videtur altissimus esse omnipotens, quum coercere non possit illos deos ne noceant amicis suis. Si verò non potest eis nocere, non est timenda ira eorum amicis Dei, nec ira eorū sacrificiis placanda. Præterea nulla potentia aliquid potest contra beneplacitum Dei. Nulla enim est quae non redigeretur in nihilum, nisi à Dei potētia, à qua accepit esse in eo retineretur: ergo in tuto est omnis homo qui Dei fauorē habet, vel gratiā. Non est ergo necesse gratiam istorum deorum sacrificiis querere gratia Altissimi obtenta. ¶ Item spiritus isti qui falso dii vocantur, si mali sunt, aut altissimus cōpescit maliciam ipsorū, aut nō. Si cōpescit malitiā eorū, nō est malitia eorū timenda. Si verò permittit eo: exercere malitiā suā, aut hoc facit ignorantia, aut quia nō curat, aut iudicio, quia videt expedire. Ignorantia non est: quum enim ipse sit sapientissimus, ignorantia in eum non cadit. Iterum non accidit hoc quòd ipse non curer de malis quae sunt in mundo: cum enim ipse sit rex iustissimus, non potest non curare de malis quae sunt in regno suo. Ergo quando permittit hos spiritus in mortales sauire, ipse facit hoc iudicio, quia videt hoc mortalibus expedire: ergo nō est timēda malitia eorū mortalibus. ¶ Itē cū spiritus iā dicti potestatem habeant ab altissimo, aut illā potestatem comitatur sapientia & iustitia moderantes eā, aut nō. Si sic, cū ipsi sint sapientes & iusti, ipsi nō irascuntur mortalibus bonis, nec nocēt eis: peccatoribus verò nūquam sūt placati, nisi à peccatis recedāt. Inutile ergo est eis sacrificia offerre tā bonis quā malis, quantū ad eorū placationē: sed mali si volūt eos placare, recedāt à peccatis suis. Si verò Sapientia & iustitia non comitatur eorū potestatem: ergo potestas eorū est vt gladius in manu furiosi: vnde si propter hanc potestatem aliquis eos deos reputat, reputet ergo Deū si quē viderit furiosum in manu tenentē gladiū. Mira fatuitas eū Deū reputare, quē homo cognoscit esse sine sapientia & bonitate. Belluinū est potius quā diuinū, potestate vtī absque sapientia & iustitia. ¶ Item potestas eorū aut ligata est, aut nō est ligata. Si nō est ligata, mirum est

quo

quomodo non occidunt omnes cōtempores sacrificiorū eorū. Præterea longè videtur esse à sapientia & bonitate Dei, ponere gladiū in manu furibundi, dando potentiā cui homo nō possit resistere maligno, nisi ipse eam velit compescere. Si verò ligata est, ille qui tenet eam ligatam, obsequiis est placādus non ipsi. Cū aliquis tenet aliquā bestiā ligatā, ille orādus est, vt bestiā cōpescat ab his q̄ fauitiā bestiæ timēt, & nō ipsa bestiā. ¶ Itē cū cultura illorū deorū exterminata sit à terra promissionis iussu Dei Hebræorū, & iterū de regno Christianorum, etiā de Ægypto vbi omnes colebātur, & de vrbe Romana, maximè de templo quod Pātheon vocabatur, quod erat vnū tēplum omnium deorum: constat hoc factū fuisse à maiori potentia quā esset potentia eorū. Luc. 11. Cū fortis armatus custodit attriū suū, in pace sunt omnia quæ possidet: si autē fortior eo superueniēs vicerit illum, vniuersa eius arma auferet &c. Illa ergo potētia aut fuit diuina, aut humana. Si diuina, ergo ipsi erāt aduersarij Dei & mali. Si verò humana, ergo magis timenda est humana potestas eis quā potestas eorū hominibus. ¶ Et norandū quòd aliqui peruenērūt ad tātā fatuitatē, vt crederēt deos huiusmodi partitos fuisse totū orbē. Sed perile est dicere altissimū sortem misisse pro diuisione illa, cū fors non habeat locum nisi vbi est ignorantia, quæ in altissimū, qui sanctissimus est, non cadit. Si verò ipsi altissimo incōsulto sortem miserūt, nihil iuris per hoc habuerunt in orbem terrarum. Si verò de beneplacito altissimi, quod ridiculū est, quomodo de partibus illis exterminati sunt? ¶ Item aut amicitia est inter deos huiusmodi, aut nō. Si est, ergo vnus eorū amat cultores alterius: nec propter cultores suos proprios inimicus erit cultoribus aliorū, nec contra illos iuuabit cultores suos. Si verò non est amicitia, sed odium: ergo ipsi mali sunt. Quia aut est iustum odiū inter eos, aut non iustum. Si iustū, ergo ipsi sunt iustè odiendi, & ita sunt mali. Si iniustū, illud nō possunt ipsi habere, nisi sint mali. Malitiā etiam eorū ostendit, quòd cultores suos iuuant in eis quæ mala sunt, vt patet ex scriptis Magicis, vbi docetur quomodo consilio taliū spiritū viri vel mulieres nimio amore intēdantur, vel quomodo alia scelera possint perpetrari. ¶ Si quis verò dicat tales spiritus nō esse honorādos honore diuino, sed honore qui eis cōpetit, quia apud Deū possunt impetrare vel procurare aliquod beneficium eis qui eos honorāt. Hoc planè concedendū est, & hæc est assertio fidei catholicæ. Quid si spiritus boni honorandi sunt tanquā amici Dei, non tanquā domini vel dij, sed tanquā serui

Altiſſ

Altissimi, quorū ministerio multa beneficia possunt nobis provenire, & spe suffragij in eis potest poni: Sed non debemus eos reputare authores salutis, sed potius impetratores: nec sacrificiū faciendū est in eis. Eo enim quod aliquis alicui sacrificat, eū cui offert authorem sanctitatis cōfiteretur, & eū inuocat ad sanctificandum illum pro quo illud sacrificium offertur. Itē factō profiteretur se esse in manibus illius cui sacrificat ad perdendum vel ad saluandū: sicut animal illud est in manibus suis ad occidendū vel perdendū. Ista verò soli Altissimo attribuenda sunt. Mali verò spiritus non sunt honorandi, qui apud Deū nullum bonū nobis impetrare possunt. Nō sunt etiā timēdi amicis Dei cum nō possint eis nocere. ¶ Cōsequenter rāgendum est aliquid de illa specie idololatriæ, quæ est cultus luminū. Et norandum quod hi qui sunt huius erroris, dicunt mortales subiectos esse soli, & lunæ, & stellis, etiā quantum ad sapientiam vel ignorantiam, & quantum ad mores bonos siue malos. Et dicūt caelestia lumina secundū situs suos seu constellationes causam esse morū bonorū vel malorū in hominibus. Quod multis modis patet esse falsum. Primo quia non propter stellas homo, sed stelle propter hominē factæ sunt, vt dicit Gre. Itē haberi pōt ex principio Gen. vbi sic legitur: Fiāt luminaria in firmamēto celi &c. Et subditur: Vt illuminēt terrā. Illuminatio terræ causa fuit quare fierēt. vnde subditur ibidē: Et posuit eas in firmamēto celi, vt lucerēt super terrā. Propterea Iosue iubēti sol & luna obedierūt. Iosue 10. Ergo cultorib⁹ Dei sol & luna subiecta sunt, & nō ipsi cultores soli & lunæ. Item & sol & luna naturaliter operātur in hominibus ea quæ ipsi eis imponūt, aut sciēter & voluntariē. Si naturaliter, operatio illa seruilis est, propter q̄ dicit Philosophus, quod natura operatur per modū seruitutis. Vnde virtus sic operās ignobilis est respectu virtutis liberē operantis, quæ potest super vtrunq̄ oppositorū, scilicet super suū operari & suū nō operari: quod autē ignobilius est, nō est causa rei nobilioris: ergo virtus naturalis luminū caelestium nō efficiet sapientiam, vel virtutes, vel bonos mores, vel quascūque artes in hominibus, cum hæc sint nobiliora virtute naturaliter operante, quā ponūt in dictis luminibus. Si verò sciēter & voluntariē operātur prauos mores vel errores in hominibus: ergo ipsa mala sunt, & Deo inimica. Præterea malicia ista aut est eis innata, aut est acquisita. Si innata, ergo sūt mala naturaliter: hoc autē impossibile est q̄ aliqd sit naturaliter malū. Præterea cū nihil fir in eis naturaliter qd de⁹ cōcreauerit in eis, de⁹ illā maliciam creasset, qd lōgē est

est a  
ti à  
necce  
secu  
tjis  
ius  
se st  
aliqu  
quo  
male  
stati  
perēt  
re &  
corpe  
na, &  
do &  
tate. V  
nes, p  
nes ig  
uerfit  
sos, o  
de ca  
ne na  
incipi  
eadē h  
sum et  
minū  
iātūm  
signa  
eueri  
omnia  
possibi  
ergo n  
nō sun  
uū, er  
mocus  
mutab  
hora, n  
ter se h  
euctus  
ea qui

est à Dei bonitate. Si verò acquisita: ergo corrupti sunt & muta-  
 ti à suo statu naturali quum ad spiritum, quæ secundum istum errorem  
 necesse est ponere in eis: hæc autem corruptio non potest esse in eis  
 secundum spiritum, cum corpora eorum sint incorruptibilia. In susta-  
 tiis enim ex spiritu & corpore compositis, quales filij qui sunt hu-  
 ius erroris credunt esse caelestia lumina, necesse est nobiliorem esse  
 statum spirituum quam corporum. Præterea creature rationales cum  
 aliquid voluntarie operantur, primo intelligunt & desiderant: ex  
 quo sequeretur lumina illa caelestia mala esse quæ desiderarent  
 malos mores esse in hominibus. Itæ hic est modus operandi sub-  
 stantiarum quæ compositæ sunt ex spiritu & corpore, ut primo ope-  
 rantur in seipsis operationes merè spirituales, ut est intelligere  
 & desiderare: secundo in corporibus sibi coniunctis operationes  
 corporales, ut est motus, & per illas iterum alias in corpora alie-  
 na, & iste ordo operationum semper procedit quasi ingrossando  
 & quasi per elongationem à spirituali subtilitate & nobilitate.  
 Unde si iste est modus caelestium luminum operandi in homi-  
 nes, per hæc viam non poterant imprimi nisi corporales dispositio-  
 nes ignobiles in hominibus, & non scientiæ & virtutes. Præterea di-  
 versitas hominum qui eadem hora nascuntur & mores habent diuer-  
 sos, ostendit falsa esse quæ dicuntur ab his qui sunt in hoc errore  
 de caelestibus luminibus. Dicunt enim eum qui sub tali constellatione  
 nascitur, tale hominem futurum, & qui tale opus sub tali hora  
 incipiet, prosperaturum. Manifestè autem videtur quod nati una &  
 eadem hora, vel aggressi opus aliquod diuersos habent euentus. Fal-  
 sum est ergo quod prædicti idololatrarum de effectibus caelestium lu-  
 minum dicunt. Itæ constellationes seu positiones stellarum aut sunt  
 tantum signa euentuum inferiorum, aut sunt signa & causa. Si tantum  
 signa, aut comitantur res de necessitate, aut non. Si sic, cum signa  
 auerti non possunt, vel mutari, erunt ipsi euentus inuitabiles, &  
 omnia de necessitate eueniunt mortalibus. Si non erunt signa ista  
 possibiliter separari ab his quorum sunt signa: ergo poterunt fallere:  
 ergo non est scientia de significationibus eorum. Scientia enim & ars  
 non sunt de fallibilibus. Si verò signa sunt & causa istorum euen-  
 tuum, erunt euentus rerum necessarii, cum causa istæ sint necessariæ:  
 motus enim calorum cum suis dispositionibus necessarius est im-  
 mutabilis. Figura enim cæli & positio stellarum futura cras hæc  
 hora, nullo modo auerti possunt, quin sint futura cras: & simili-  
 ter se habet de omni dispositione cæli & caelestium: ergo omnes  
 euentus, quorum causa est constellatio, sunt inuitabiles. Præter-  
 ea qui luminibus caelestibus seruiebant, aut intendebant seruire

spiritibus qui præsidebāt huiusmodi corporibus, aut compositis ex corporibus & spiritib<sup>9</sup> aut corporibus inanimatis. Si solis spiritibus, eisdē rationibus potest destrui hæc species idololatriæ, quibus cultus dæmonū prius destructus est. Si verò corporibus inanimatis, vanè & ignominiosè ei seruibāt, cum nec seruitiū eorū nec seruitores agnoscerēt, nec in remunerationē eorū intendere possent. Si verò cōpositis, composita erant animalia, vt ipsi credebāt: ergo vel rationalia & intelligētia, aut nō. Si nō, ergo ignobiliora erāt homine: animal enim rationale nobilior est irrationali: peruertebatur ergo naturalis ordo, cū homo colebat animal irrationale. ¶ Præterea cū tanta distantia esset huiusmodi animalū ab hominibus, vt nullus clamor hominū ad ea posset attingere. idē erat ac si surdis tales precēs fierēt. Præterea impossibile est, q̄ deitas sit in eo quod nō intelligit. Intelligere enim est illud in quo maximè spiritus creatus Deo assimilatur. Si verò rationalia & intelligibilia, impossibile est eos Deos esse, cū secundū astronomos ipsimet fiant infortunati & nō liberi à malis, & impediātur casu aut oppositione fortiorū signorū. Diuinitas enim semper est libera & inuicta & impedimentū signū est impotētiæ. ¶ Vltimo tangendū est de illa specie idololatriæ, quæ est cultus militiæ cæli: de qua frequēter loquitur scriptura sacra. Adorās militiā cæli; siue sit vir: siue mulier iubetur lapibus obrui. Deut. 17. De militia cæli habes 4. Reg. 21. & 23. & Esa. 14. & Sophon. 1. Act. 7. Et notandū q̄ militiam cæli vocauerunt qui huius erroris fuerunt, multitudinē spirituum, quorum quosdā dicebant præesse cælo stellato, alios autē Saturno & circulo eius: alios aliis planetis & circulis eorū; alios verò præesse igni, alios mari, alios terre, & vtebantur inuocationibus huiusmodi spirituum prout credebant cōgruere maleficiis suis. Impietas autē huius erroris manifesta potest esse ex hoc, quod inuocationes huiusmodi spirituum æquē fiebāt ad bona faciendā & ad mala. Vnde si spiritus illi exaudiebant illos & in bonis & in malis, ipsi erant mali. Si verò in bonis tantum, mendaces erant libri eorū, & scriptores eorū, & ipsi spiritus secundum ipsos, quorum reuelatione se talia scripsisse scripserunt.

*De errore principali Manicheorum. Et primò auctoritates & rationes quibus ipsi imitantur, eis subtrahuntur: dein ponuntur auctoritates & rationes quibus error ille destruitur. CAP. VIII.*

**S**equitur de errore Manicheorum, qui, vt ait Augu. in lib. de natura boni, sensum perdiderūt studio cōtradicensi. Hi ponunt duo principia: vnum principium boni, alterum mali, Vnde

secu